



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 31. Georgius in Sedem Alexandrinam intruditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV. verunt, ut furere desinerent; Arianorum
A. C. 356. contra inde contumacia crevit.

§. XXXI.

*Georgius intruditur in Sedem Ale-
xandrinam.*

Amm. Marc. **G**eorgius, quem Episcopum Alexandri-
I. XXII. c. num ordinaverant Ariani, erat na-
II.

tione Cappadox, obscuris natalibus, fullo-
nis filius. Juveni parasitorum conditio-

Greg. Naz. or. 21. p. 382. præ coeteris placuit, eratque illi semper

Ath. ad So- amicissimus, cujuscunque mensa laetius
lit. p. 844. gulam satiasset. Deinde negotiationi
c. 861.

se dedit, & quæ militibus alendis caro
porcina distribui solebat, hanc ipse coe-
mendi curam in se suscepit; at pessime
administratione sua functus, omnibus
que, quæ habebat, consumptis, Con-
stantinopoli, ibi enim egregium munus
obierat, auffugiens, per varias Provin-
cias erravit. Homo scientiarum omnium
expers, ingenii illiberalis, & injucundi,

Ath. de Sy- amœnioribus Musis ignotus, Christianus
nod. p. 912. nomine, re Gentilis eam Doctrinam se-
Idem in Ar. quebatur, quæ rebus suis utilior videba-
or. I. p. 290. tur; pietatem nequidem externe profi-
tendi cura erat; sed avaritiæ vitium non
premebat, ad omne malum pronus, per-
turbator pacis, & natura ad crudelitatem
comparatus.

Tan-

Tantum virum Ariani præ cœteris Sæculum IV.
 omnibus dignum judicarunt, qui, S. Atha- A. C. 356.
 nasio depulso, Sedi Alexandrinæ impone- *Sozom. III.*
 retur, quia rebus gerendis parem, & suæ hist. c. 7. in
 factionis ex asse devotum credebant. Ab *fin. id. l. IV.*
 ipsis in Episcopum ordinatus creditur An- c. 8.
 tiochiæ in Conciliabulo triginta Episco-
 porum suæ factionis congregato, anno *Pagan. 354.*
 354. ubi iterum damnato S. Athanasio, §. 9.
 ad omnes deinde Episcopos litteras de-
 derunt, ne quis cum eo communicet, sed
 Georgio, quem ordinassent. Quidquid
 vero de ejus ordinatione sit, Alexandriam
 ingressus tempore Quadragesimæ hujus
 anni 356. ad festa Paschalia furere cœ-
 pit. Populus Catholicus relicta Eccle-
 siâ illa S. Die, & Dominicis sequentibus *Ap. p. 692.*
 in loco deserto prope cœmeterium con-
 gregatus est. Septimana Pentecosten
 sequente, populus, postquam jejunasset, *de fuga. p.*
704.
 in eundem locum ad orandum venit,
 quod ubi Georgius scivit, Ducem Seba-
 stianum, qui erat Manichæus, instigavit,
 ut illuc iret; fecit ille, quod petebatur,
 & ipsa Dominica illuc ultra tria armato-
 rum millia duxit; ergo populum istum
 mixtis mulieribus, & infantibus ad ora-
 tionem congregatum armata manu in-
 vadunt, dilapsa tamen majori parte, pau-
 ci remanserant. Sebastianus, cum in-
 gentem rogum accendi jussisset, mortis
 horrendæ metu a Virginibus extorquere
 Ss 5 vole-

Sæculum IV. volebat, ut, se Arii Doctrinam sequi,
A. C. 356.

prosriterentur, & dum, ad flaminarum aspectum imperterritæ, fidem negare recusant, velamine spoliantur, percutiuntur in facie, & ea crudelitate deformantur, ut post longum tempus eorum vultus a sibi antea familiarissimis vix agnosci posse.

ad Solit. p. tuerit. Ipso jubente, quadraginta viri

859.

comprehensi, quorum dorsa palmarum ramis, recens ab arbore divulsis, & ad huc spiculis armatis concisa sunt; palmarum flagellatorum carni ita profunde incussi, ut iis extrahendis arte chirurgica opus fuerit, & incisionibus cruentis, atque non nulli ex hac laniena extinti sint. Quædam Virginum eadem sævitia cæst. Occisorum corpora postulantibus propinquis non restituebantur, sed primum occultata, deinde canibus projiciebantur, unde a suis non sine periculo ablata, secreto sepeliebantur. Hi inter Martyres relati sunt, eorumque memoriam 21. Maji Ecclesia agit. Qui superstites fure, in desertum, quod magnam Oasin dicebant, in exilium migrare compulsi sunt.

*Martyr.
Rom.*

§. XXXII.

Persecutio in urbe Alexandria.

ad Solit. p. Athanasii investigandi specie quædam
849. 859.

domus obsignatæ, aliæ direptæ, et iam sepulchra perfracta, & aperta; deposita,